



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Industria in Socijs educe[n]dis. 44

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

pianur, damnosè quondam e-
rumpunt. His querelis mederi
Antonius, prudenter suauitérque
confuerat. Exempli vicem hoc
esto. Certis ibi quibusdam no-
xis multa est, ientaculo carere.
Antonius vix prandij, ne dum
ientaculi appetens, cum sentiret
aliquando ringi alios, & impa-
tienter, (vt vt meriti fuissent)
exclusos se dolere; sæpè numero
vel ipsorum caussa ientatum ijt,
suasque partes, vt obuenerant,
intactas illicò ad multatos detu-
lit: ne ij sportulæ i etura offen-
si, obstinatus præfidi legiq; suc-
censerent.

*XLIV. Industria in socijs
edocenda.*

CÆteris, quos in contubernio
habuit, ita se plerumque in-
sinuabat; vt primùm in familia-
rita-

rita
os f
da c
pro
loq
ger
fer
re g
iuu
cert
tam
mo
lōf
pro
exa
cal
po
cal
fer
rō,
tia
dit

VBALDINI. 95

ritatem adscitos, breui obnoxios sibi deuinctosque ad accipienda consilia reddiderit. Tum illi promptum vsitatúmque, per colloquij speciem, de virtutibus agere; expingere vitiorum fœdâ inferâque imaginem; monstrare gloriæ mendacis vmbra; & iuuentæ fugacis illecebra; & certam a olescentibus incertitæ mortem; & uicquid morti superstes apud bonos malosque perennat. Iisdem nihil prolixius laudabat, atque vsum examinis, quo de dictis factisque calculos secum quisque seuerè ponerent. Indè librorum, qui cœlestia pertractarent, multam seriâque lectionem: eorum verò, quæ cuique nouissima vel timentur, vel expectantur, meditationem æternam. Postremò,

omnes

omnes omnium affectus erga Virginem, Cælitum Imperatricem, inflammabat, vt quam vnam ipsemet principe studio prosequeretur, eius amorem apud alios quoque redderet auctiorem. His effecit, præter alia plura, vt Socij quacunq; Marianam effigiem, siue cælo laboratam, siue penicillo ductam præterissent, concordēs, veluti lege quadam, Auere Virginem omnes ex Gabrielis formula, iuberent.

*XLV. Dexteritas in Socijs
perficiendis.*

Fortè quadam esculenti melioris, nescio quid opiparum, socio obuenerat; qui eius escitandi auidior, iam iam inhiabat. Interuenit Antonius, eique familiariter: vtinam tu nosces, inquit,
hac

hac r
uatio
cepta
res tu
reris,
volup
abdic
dentē
ne qu
volen
dem e
quos
gulis
vince
Deo
donat
de, si
ingen
futura
ret, n
que o
tū è si